

INCIPIT EXPLANATIO SUPRASCRIPTE STORIAE

Et audivi aliam bestiam ascendentem de terra. Illam supra exposuimus mare et terram homines esse. Id est corpus diaboli. Aliam bestiam ascendentem de terra. De terra quippe ascendere est de terrena gente superare. quod est hoc mare. hoc terra. Aliam dixit de officio sed una est. Sed alia dixit mare alia terra. Mare fluctuantia terra quieta est. Mare est populus. Aperte malus terra est episcopi. sacerdotes et religio falsa qui sub nomine sanctitatis non videntur in recto fluctuare. sed quasi quiete se agere. et rectum simulare sed recta non sunt. qui cum illam hanc bestiam aperto ore blasfemant quam in supra dicta bestia occulto ore blasfemabunt. et illa que habebat capita septem. et ista una est. sed de istis septem capitibus est. quam supra diximus occisum caput quasi occisum. Id est quasi sub xpm crucifixum. sed quia liberata occisum caput esse videbatur eo quod occulte rectum

Madrid. Bibl. Nac. Nº .Beatus manuscript of King Ferdinand I, From San Isidoro de Leon. Facundus scripsit dated 1047
Photo J. Pierpont Morgan Library . Exped. Walter W.S.Cook. 1926.
2011 Ministerio de Cultura